L 4 Ein letztes Mal im Circus Maximus

Quintus Domitius et Flavia Circum Maximum intrant.

Ibi iam multi[1] homin**es** sedent; iam diu spectaculum exspectant.

Ecce! Ibi sedet M. Annius consul;

non procul sedent Flavius senator, avus Flaviae,

et Servilius senator, amicus Domitiorum.

Quintus et Flavia senator**es** salutant.

Tum etiam Corneliam et Claudiam, Flaviae amicas, vident atque salutant.

Nunc imperator apparet – Caesar Traianus Hadrianus Augustus.

„Ave, Caesar!“, populus imperator**em** salutat, „ave, Caesar!“

Tum homin**es** tacent et verba imperator**is** Hadriani audiunt.

Iam pompa[2] venit.

F: „Ecce simulacra deorum!

Ibi est Iuppiter, imperator homin**um** atque deorum,

ibi Iuno, regina dearum.”

Q: „Et ibi Venus apparet, dea amor**is**.“

Flavia ridet et Quintus gaudet.

Tandem quadrigae[3] apparent;

imperator signum spectaculi dat.

Statim aurigae[4] equos incitant, statim equi evolant[5].

Quantus[6] ardor equorum! Quantus[6] clamor homin**um**!

Quantus[6] furor populi!

Homin**es** non iam sedent, sed stant et clamant.

Etiam Quintus et Flavia clamant et aurigas[4] incitant neque Cretam cogitant.

---

1) **multī:** viele 2) **pompa**, **-ae** f: Festzug (*bei dem die Bilder der wichtigsten Götter mitgeführt wurden*)
3) **quadrīga,-ae** f: Viergespann 4) **aurīga,-ae** m: Wagenlenker 5) **ēvolāre:** losstürmen 6) **quantus:** was für ein(e)